



Kern 86
(1-54; a-g)

(35)
**CONSPECTVS
LABORVM**

QVOS

**PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AVTVMNALE**

IN

STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM

IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO,

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,

AVGVSTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSILII INTIMIS, MEDIC. ET PHILOS.

NATVR. PROFESS. PVBL. ORDINARIO, IMPERIALIS ACADEM. NATVR.

CVRIOSOR. PRAESIDE, ET COMITÈ PALAT. CAESAREO.



P. P. d. XXIII. SEPT. MDCCLVIII.

HALAE MAGDEB. LITTERIS KITLERIANIS.



LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS

AC

PROFESSORIS MATHESIOS ET PHYSICES PRIMARIÆ.



ANDREAS ELIAS BÜCHNER *privato studio* hora VIII. matut. ad IX. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticiis, quam prognosticiis, ad ductum *Fundamentorum* suorum *Semiologiæ medicæ*, tradet; hora X. ad XI. *generalem Therapiam*, & hora XI. ad XII. *manuductionem ad præscriptionem Formularum medicarum* suppedabit, initium harum prælectionum finitis nundinis, d. XVI. Octobr. b. e. D. facturus.

JO. ERNESTVS FLOERCKE *instante semestri hiberno publice* hora IV. - V. ad *Prænotiones Iurisprudentiæ ecclesiæ*, a se editas commentabitur, hulus collegii initium paulo ante consuetum tempus reliquarum prælectionum inchoandarum indicaturus. *Privatim* autem h. IX. - X. *Ius Canonicum* ad ductum BOEHMERI *Institutionum Iuris Canonici*, et h. XI. - XII. *Ius publicum Imperii R. G.* tradet secundum MOSERI *Grundriß der heutigen Staats-Verfassung des teutschen Reichs*; h. I. - II. *Praxin forensis* cum exercitiis elaboratoriis coniunctam docebit ad KNORRII *Anleitung zum gerichtlichen Proceß*, nec non h. III. - IV. B. AVI STRUVII *Iurisprudentiam Romano-Germ.* explicabit.

IO. ANDR. DE SEGNER, publice hora II. tradet Principia artis conjectandi. Dicendorum norma erunt capita Introductionis ad Philosophiam s'Gravefandi, quibus de Probabilitate agitur, & quæ cum iis connexa sunt. Privatim hora XI. Physicam repetet experimentalem ex Introductione sua germanice scripta. Hora autem III. Elementa sua Arithmeticæ, Geometriæ & Calculi geometrici de novo explicabit.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS *pastorales institutiones* tradet. Paraeneticis confectis in tr. & tione Ideæ Studiõ Theologiæ perget, et æteticis horis porro Psalmos præsentis temporis accommodatos explicabit.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora IX. continuabit prælectiones philologico-exegeticas in Pentateuchum Mosis; hora vero XI. in Acta Apostolorum et Epistolam Pauli ad Romanos commentabitur.

JO. HENR. CALLENBERG *Prophetas minores* ex sermone hebraico exponet: præterea in recensenda *historia ecclesiastica* progredietur.

JOAN.

JO. GEORG. KNAPP perget in explicatione *Theologiae et dogmaticae et moralis, alteram vtriusque partem auspicaturus & hac hyeme absolaturus.* Die vero Domini h. V. in *asceticis* perget.

JO. SALOMO SEMLER absoluta *dogmaticae Theol.* parte secunda 1) redibit b. e. Deo ad *privatam*; 2) in *Theol. moralis* et 3) *polemica* perget ad partem alteram: & 4) finitis praelectionibus *hermeneuticis, Historiam Reformationis* tradet.

IURIDICAE.

JO. TOBIAS CARRACH privatim 1) ad B. DN. BOEHMERI *Institutiones Juris Canonici* commentabitur, tam pontificium, quam purioris ecclesiae jus ex genuinis indigitaturus principiis. 2) *ERUDEM Introductionem in Jus Digestorum* explicabit, Romani & Germanici juris differentias docendo, quo ad praxin forensis rite praeparantur auditores. 3) Jus Criminale quoque ad *Perill.* J. S. F. BOEHMERI *Elementa* tradet. 4) Collegio *Processuali elaboratorio* etiam interserviet illis, quibus in tempore cum eo hac de re conveniet: addet 5) forsitan quoque explicationem *Tractatus B. DNI BOEHMERI de Adionibus.* Horas singulis lectionibus opportunas propedem e tabulis publicis indicabit.

DANIEL NETTELBLADT hora IX-X. *Jus Canonico-Pontificium & eccles. Evangel.* duce SCHMIDIO, tradet. Hora X-XI. & II-III. SCHAUMBURGII *compendium juris digestorum* explicabit. Hora XI-XII. enarrabit *Jus publicum*, adhibitis PÜTZERI *Elementis Juris publici.* Hora III-IV. perget in tradenda *Jurisprudensia naturali*, ad ductum sui Systematis, addetque, finita parte secunda, partis tertiae eius, quae iam sub prelo fudat, explicationem.

PHIL. JAC. HEISLER per hyemale semestre HEINECCI *Institutiones* hora XI-XII. et LUDOVICI *Pandectas* horis VIII-IX, X-XI, II-III. interpretabitur.

MEDICAE.

JO. JUNCKER *publicis* lectionibus medicamenta, quae in officinis prostant, ad ductum Dispenfatorii Borussio-Brandenburgici perulstrabit, separando farraginem inutilium a selectis & probatis. *Privatis* scholis Therapiam specialem, qua ad Febres vsque pervenit, prosequetur. *Privatissimis* laboribus profectoris in collegio clinico, more consueto, exercebit.

FRIDERICVS HOFFMANN publice hora IX-X. Physiologiam docebit, privatim vero, hora X-XI. Collegium in materiam medicam inchoabit. Initium harum lectionum erit finitis instantibus mundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, diebus ac horis haecenus consuetis, *privatim* tam *strucuram corporis humani* in cadaveribus exponet, atque *Ostologiam* ad filum compendii sui docebit, quam profectoribus etiam, qui manum ipsi operi admoveere cupiunt, *cadaverum copiam* faciet.

JO. PET. EBERHARD, h. II-III. *Pathologiam* docebit *specialem*, h. III-IV. autem *clinicas* instruet exercitationes. Nec iis deerit, qui disputatorias scholas ab eo desiderabunt. Reliquae *Praelectiones* erunt *philosophicae.*

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIAN. BENEDICTVS MICHAELIS publice hora III. *Ebraeae linguae* syntaxin, idiomata & phraseologiam curatius edisseret.

JOANNES JOACHIMVS LANGE publice h. 4. *Mathesin puram*; privatim autem h. 2. *Mathesin applicatam* & h. 1. *Physicam dogmatico-experimentalem* explicabit. *Historiam naturalem* h. 1-3 die Saturni exponet.

JO. HENR. CALLENBERG *Exercitationem in Rabbifico* idiomate continuabit; & pro *dolectu* auditorum, ad reliqua *litteraturae orientalis* partem tradendam paratus est.

JOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ 1) lectiones *eurforias graecas in libros singulos N. T.* restaurabit; 2) ex fonte *ebraico Jeremiam* & difficillimum *Jobs librum* interpretabitur. 3) *logicae*, aut si *Commilitones* maluerint, *Polisticae Wolfianae* praecipua tradet; & 4) *Metaphysicas* scholas, praeterea eodem Philosopho, aperiet. Horas suo tempore ex valis publicis significabit.

GE. FRID. MEIER docebit hor. 9-10. *Metaphysicam* ad ductum Cel. BAUMGARTEN. h. 10-11 *ERUDEM Ethicam philosophicam*, et hor. 2-3. *Logicam* ad ductum *Compendii* sui, *privatissime* autem hor. 3-4. *Homileticam aestheticam.*

CHRISTIANVS WEBER 1) *Metaphysicam* Perillustr. L. B. DE WOLFF 2) *ERUDEM Jus naturae Gentium* & 3) *Logicam* b. CORVINI interpretabitur.

EXTRA.

EXTRAORDINARIAE

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN scholas dogmatico-polemicas ita habebit, vt, repetita succincte thesi orthodoxa, antichesis suo statim loco adiungatur; vtrique studio disputationes etiam bis per hebdomadam continuandae inferuent. Præterea ex difficilioribus V. T. libris vnum alterumque, ac primo quidem Jeremias vaticinia interpretabitur.

IOANNES FRIDERICVS JOACHIM per instans semestre hibernum *Ius feudale*, præcunte b. WOLFIO; *Ius publicum*, duce illustri MASCOVIO; *Historiam Sacri Romano-Germanici Imperii*, ad filium Introductionis suae, & *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae*, ad seriem *Compendii sui*, tradet. Rogatus denique aperiet collegium *Historia Juris Romani & Germanici*, ad ductum *Introductionis* b. HEINECCIJ. Horas, laboribus hæc destinandas, suo tempore et valuis publicis indicabit.

CAROLVS FRID. PAVLI Hor. IX. Hist. Imp. R. G. Hor. X. Historiam uniuersalem, Hor. XI. Notitiam Statificam Imp. R. G. docebit; privatissime vero Notitiam Nobilitatis Germ. desideraturis præleget.

IOANNES PHILIPPVS CARRACH labores suos seorsim indicabit.

D. ERNEST. FRIDER. KNORRE 1) hor. IX-X. Perill. BOEHMERI *Elementa Iurisprudentiæ criminalis*, 2) hor. XI-XII. HEINECCIJ *Elementa Juris civilis secundum ordinem Institutionum*, & 3) hor. IV-V. diebus lunæ & mercurij EIUDEM *Elementa Juris cambialis* interpretabitur. Tandem 4) hor. I-II die sabbathi *Exercitium disputatorium* continuabit.

D. ERN. CHRIST. ALBERTI per instans semestre hibernum Fundamenta Botanica & Historiam plantarum publica tractatione explicabit. Privatim vero Differentiam fructuum, seminum & capsularum seminalium illustrabit.

D. FRIDER. LEBER. SVPPRIAN per instans semestre hiemale publice infanrum morbos proponet; privatim vero BOERHAVII Institutiones medicas explicabit.


F. C. JVNCKER publice regulas ad formulas medicas conscribendas exponet; privatim vero *Physiologiam*, *Pathologiam* & *Materiam medicam* docebit. Præter ea non deerit illis, qui exercitium n. *putando* desiderabunt. Horas his lectionibus destinandas tempestive indicabit: initium autem earum erit die decimo sexto Octobris.

D. JVS. ISRAEL BEYERVS, auspice summo Numine, finicis Lipsiensium nundinis, per semestre præfens hiemale, tractabit 1) *Epistolographiam*, eamque ad genium sæculi accommodatam per cuncta epistolarem genera exercebit hora VIII. matutina; 2) *Oratoriam*, itidem variis, pro cuiuslibet intentione, orationum generibus exercendam h. X. Præterea lectissimis Dominis Commilitonibus suis & *Theologia potissimum Studijssis* offert 3) Collegium *Juris Parochialis*; de quo tamen simul ac reliquis lectionibus plura coram. Tandem suas elaborationes *Carminum*, *Orationum*, *Epularum* aliorumque *scripturarum*, quavis occasione, *tempestive* modo desideranti, denegabit nulli.

JO. PET. EBERHARD, in Philosophicis tradet h. IX-X. *Mathesin adplicatam*, h. X-XI. *Mathesin puram*, utramque duce WOLFIO, hor. I-II. *Physicam* explicabit ad ductum proprii Compendii.

F. W. ELLENBERGER Metaphysicam hora XI-XII. Collegium hebræum critico-grammaticale in librum quendam Veteris Testamenti hora I-II. & simili ratione græcum, in scitu maxime necessarium Novi Testamenti particulam, h. V-VI. Theologiam naturalem cum thetica & polemica parte h. III-IV. & nonnullis septimanæ diebus hebrææ lingue præcepta hora IV-V. tradere paratus est. Præter ea Societatem, se comite, puritatis & elegantia in lingua germanica obtinenda desidererunt **Commilitones**, & his pro virili parte facere satis elaborabit: de hoc autem instituto plura coram.





(35)

CONSPECTVS LABORVM

QVOS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AVTVMNALE
IN
STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT
PRORECTORE MAGNIFICO

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO,
SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
AVGVSTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSILII INTIMIS, MEDIC. ET PHILOS.
NATVR. PROFESS. PVBL. ORDINARIO, IMPERIALIS ACADEM. NATVR.
CVRIOSOR. PRAESIDE, ET COMITE



P. P. d. XXIII. SEPT. MD

HALAE MAGDEB. LITTERIS

